

Magdeburg, Comes de Lindowe natus  
 existens, Ordinem intravit Fratrum Præ-  
 dicatorum secundum Egghardum in  
 conventu ejusdem civitatis. Qui mox Fra-  
 ter factus, se in Rupin opidum transtulit,  
 & ibidem ordini suo solenne Monaste-  
 rium fundavit ; ubi factus primus Prior,  
 multis claruit miraculis, vivens incor-  
 ruptibili corpore. Contigit namque  
 eundem Dei famulum, cum jam senuisset  
 pro negotiis conventus sui, præpeditum  
 ultra stagnum, quod conventui adjacet,  
 existere & ex itineris labore valde fame-  
 licum esse. Non enim poterat sine gra-  
 vi molestia ultra consuetam horam pran-  
 dii jejunare. Ut autem audivit per  
 campanam conventus, horam esse man-  
 ducandi, & ipsum debere adhuc per lon-  
 gum spatium circumire aquam ad ingre-  
 diendam Urbem, ad quem laborem fa-  
 ciendum sentiebat se vires non habere  
 præ fame & siti, ait socio suo : fili se-  
 quere me confidenter. Signans autem  
 se crucis signaculo, transivit per compen-  
 dium viæ, aqua se sub pedibus ejus se-  
 meabilem & solidam præbente Dei vir-  
 tute. Et venit ad conventum per flu-  
 men, & introduxit fratres ad refectorium  
 socio